Carta de la Sagrada Congregación de Religiosos a Mons. Escrivá de Balaguer, por la que se le conceden especiales facultades; 2-VIII-1950.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

31/01/2012

RHF, D-15184.

EX SECRETARIA

SACRAE CONGREGATIONIS N. 1. S. 1/47

DE RELIGIOSIS

Rev.me Pater,

Sacra Congregatio, dum Instituti saecularis "Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis ac Opus Dei", cui Paternitas Tua, cum instrumentum a Domino electum pro ipsius fundatione iam fuerit, nunc parí zelo ac prudentia praesidet, approbatas definitive Constitutiones transmittit, haec quae sequuntur quoad approbationis vim ac peculiares facultates Tibi, vita durante, concessas et quoad ipsarum

Constitutionum exsecutionem Tibi communicare opportunum ducit:

1) Quoad approbationem definitivam Constitutionum: etsi plene definitiva ad normam iuris ipsa habenda est, Haec Sacra Congregatio, dum uti mos est ordinarias ipsius Sacrae Congregationis facultates circa Institutorum Constitutiones sibi reservat, libenter Patemitati Tuae tuoque Consilio facultatem concedit mutationes, declarationes, complementa proponere quae evolutioni ac necessitatibus Instituti suique tam singularis atque eximii apostolatus intensioni atque extensioni, opportuna seu utilia quavis ratione videantur.

2) Quoad Constitutionum exsecutionem, in iis praecipue quae ad regiminis installationem spectant, annus integer post mensem a momento computandus in quo typis impressae Constitutiones vobis

habere prae manibus licebit, Tuae Paternitati conceditur. Intra annum ita computandum commode res ordinare libere poteris.

Dum cuncta fausta prospera Paternitati Tuae tuoque Instituto ex corde adprecor

addictissimum in Christo me profiteor

+ fr. L. E. Pasetto

Seg.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis, die 2 augusti, an. 1950.

Ill.mo ac Rev.mo Domino

Iosepho M. Escrivá de Balaguer

Fundatori ac Generali Praesidi Instituti saecularis

"Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis ac Opus Dei".

A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

pdf | Documento generado automáticamente desde https://dev.opusdei.org/es-es/article/carta-de-la-sagrada-congregacion-de-religiosos-a-mons-escriva-de-balaguer-por-la-que-se-le-conceden-especiales-facultades-2-viii-1950/ (09/08/2025)